



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale Parochorvm, Sive Institviones & Praxes Tum
Vitæ, tum Officii Pastoralis**

Musart, Charles

Monachii, 1654

I. Tanti hoc refert, quanti populam esse bonum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

ag.
um
ex-
en-
+7-
O-
53
no-
56
in
59
on-
66
tas
73
e
ae:
am
76
E
80
sâ,
84

MANVALIS PAROCHORVM PARS I.

Institutiones morum.

*Pascite, qui in vobis est, gregem Dei,
forma facti gregis ex animo.*

I. Petri 5.

C A F V T . I.

Sit boni exempli.

NVM: I.

Quanti id referat.



Vò Pastor ouium præit,
grex sequitur : siue ille
in planitiem ducat , siue
in præceps : ita populus
Parochum obseruat, & quò ille præ-
cedet, pertrahitur : ea vis est exempli
boni, mali: sed mali præsertim , in

A

ijs

2 *Manualis Parochorum*

iis maximè, qui præsunt; credunt enim subditi, sibi licere, aut impunè forte, quod factis maiorum probari vident. In hunc sensum iuuenis apud Comicum conspicatus in pictâ tabulâ Iouem adulterantem: hoc facit ille, inquietat, qui cœlum tonitru quatit, ego homuncio non facerem? tantum nocuit vel umbram spectasse. Quòd si Medico probrum est obiici, *Medice, cura te ipsum*, probrosius pastoribus animalium obiicitur, *Dicunt, non faciunt*, quibus si contrâ obtrudas, que dicunt facite, ipsi retrudant: *Sed uero homini illi, per quem scandalum venit.* Refert Cantipratanus, Parochum quendam, qui, uti erat improbus, improbè regebat, incidisse in lethalem morbum; apparuisse decubanti S. Petrum pastorum principem, & obtulisse legendum ex libro, hoc scriptum: *Mortificas animas, que non moriuntur, & vinificas, que non vivunt: quomodo reduces animas aerum ex inferno, quos tu exemplo destitutos*

Pars prima.

3

tutus aeterno barathro addixisti? Hoe
fulmen ne recidat in caput, pauen-
dum, cauendum.

NVM: II.

Sensus Sanctorum Patrum.

MVita de hoc argumento S S. Pa-
tres: acerbè Bernardus, *Misera*
Sacerdotum conuersatio, fit misera plebis
Dominicæ subuersio. Explicant id Am-
brosius, & Chrysostomus capitis &
membrorum in homine; radicis &
ramorum in arbore ductis aptè simili-
tudinibus: ut enim mali humores à
capite in membra, vitia à radice in-
ramos sese diffundunt: ita à Paro-
chis in Parochianos eadem dimanant,
& quod consequens est, grauissimæ
offensi vindicisque numinis iræ & sup-
plicia: hinc illæ in Ieremiâ lacry-
mæ, *Quia stultè egerunt Pastores, & Do-*
minum non quæsicerunt, omnis grec mens
dispersus est. Certè (vt ceteros fileam)
SS. Cyprianus & Gregorius grauissi-

A 2

mas